

**Rectore Academiae ... Domino Friderico ... Pro-Rector et Senatvs Academiae Rostochiensis, Civibvs svjs S. ... Von Gottes Gnaden, Christian Ludewig, Herzog zu Mecklenburg. ... Wir ertheilen Euch, auf Eure, unterm 10 dieses übergebene unterthänigste Vorstellung und Bitte, um gnädigste Declaration Unsers Duell-Edicts in Ansehung der, auf hiesiger Academie studirenden Jugend, hiemit zum Bescheide ... Datum in Unsrer Residenz-Stadt Rostock, den 25. Junii 1751. Christian Ludewig, H. z. M. ...**

[S.l.], 1751

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791230449>

Druck Freier  Zugang





Leges etc  
Academiae Rostochiensis



Universitäts-Archiv  
Rostock, Sign. RIA 4

RIA 4

K. l. — 47. <sup>1-69.</sup>



50



ET SENTIAS VCA

DOMINO VOTIVO TOTUM CUM VCA VCA VCA

AVVDVGOVAN' SVEKINI VCA KAZDZAKOI' COLLE SAKKINI'  
BRVACIE ILL' EDI' VCA VCA VCA VCA VCA

DOMINO FIDELICO

SEKINISSIMO BRVACIE VCA DOMINO

AVCINISSIMO

RECTOR VCA DEMINE



RECTORE ACADEMIAE  
MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO FRIDERICO,

PRINCIPE HEREDITARIO MECLEBVIRGI,  
VANDALORVM, SVERINI AC RACEBVRGI, COMITE SVERINI,  
TERRARVM ROSTOCHII ET STARGARDIAE DOMINO.

DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO,

PRO-RECTOR

ET SENATVS ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS,  
CIVIBVS SVIS

S.

**S**i quae sunt, quae plurima esse nullus ignorat imbecillis ingenii humani indicia, quae proclive illud ad vitia erroresque probant, vana illa sibi perarum constantia, quibus exiftimationem nominis quae famam metiri solemus, iudicia, merito suo huc referuntur, quippe quae & ab ipsius rei natura adeo abhorrent, & felicitati, quam tamen sectari sapientes oportet, universae repugnant. Non ex egregiis facinoribus, neque ex studio publicam promovendi salutem, neque ex virtutis amore, neque ex probitate & erga divinum numen fide, honorem laudesque quaerere solent pueritiae mortalium mentes, verum ab aliorum parum intelligentium arbitrio, aut consuetu ditis tyrannide, gloriam pendere exiftimationemque sat falso, prohi, & sat infelicitati sibi perfluant. Non est ut ex longinquo rei huius testimonia petantur, quae obvia nobis, tantum non semper, occurrunt, si vel solas, quibus iniuriae nobis vel temere, vel merito illatae, vindicari solent, rationes spectemus. Non silent, quae suscipere nos laceffitos, decet, sacrae paginae, hostem diligere iubentes parque pari referre severe interdcentes. Ipsae, quae natura docet, leges vel idem praecipunt, vel emendare vitam moresque & ad perfectam omnem homini nostro maculam honestis ausibus abstergere, monent. Neque civilia illa, quibus publicae reguntur res, iura, aliud volunt, quae ad iudices ablegant, quotquot male ab aliis habiti, vindictam fumere coguntur, quo publico ita nomine & tranquillitas stabiliatur, & tuti ab aliorum insidiis boni cives praesententur. Hae itaque, quae vel divina monstrat auctoritas, vel natura notae, vel hominum prudentia latae leges, ostendunt vitae, terendae hominibus erant calcandaeque, humanitatis se fu-diosos praebitis. Verum enim vero in alia omnia abiit humanum genus, quando privatas illas pugnas, quam barbaram rem, barbarum dvellorum no-men decet, introduxit, & cruoris effusione privatorum lites componere docuit. Turpius vix exogitari potuisset humanae protervitatis corruptionisque do-cumentum, cuius foeditatem iam pridem folide vivisque coloribus expreffit GALLVS AVTOR, qui libro, in vernaculam etiam nostram converso, sapi-entiae, de hominum labiis, doctrinas, scite exposuit. Atque utinam, ne posteris solidam nostram dementiae de idendam relinquamus, everti bru-tus iste mos & omnis eius memoria, penitusque deleri queat! Utinam suae tandem dignitatis memores, mortales respiciant, neque longius ingloriam illam ignobilemque sanguinolentorum gloriam anhelantes, vitam, quatenus alia re nobiliorem carioeremque in discrimen temere adducant! Utinam Principum Magnatumque sapientes curae humano generi istam resistent felicitatem, ut profligatis tandem certaminibus singularibus, iniuriam acceptam vel negligere magno animo, vel decentius eandem ulcisci discant! Veneramur merito devotissimi, insignem illam in subditos clementiam, heroicamque pro suorum salute curam, quae AVGVSTISSIMVM PATRIAE, PATREM, SERENISSIMVM DVCEM AC DOMINVM, CHRISTIANVM LVDOVICVM, DVCEM MECLEBVIRGI, PRINCIPEM VANDALORVM, SVERINI ET RACEBVRGI, COMITEM SVERINI, TERRARVM ROSTOCHII ET STARGARDIAE, DOMINVM, ACADEMIAE HVIVS CANCELLARIVM MAGNIFICENTISSIMVM, DOMINVM NOSTRVM LONGE CLEMENTISSIMVM, movit, ut exesse ex terris suo numini parentibus, omnes privatas pugnas, omnem vim, invasiones omnes, iniurias omnes, clementissime severissimeque iusserit. Me-ministis, CIVES ACADEMIAE, quales quantaque publica, & ex hoc loco nuper promulgata, SERENISSIMI DVCS lege, in istiusmodi facinora violentosque ausus, poenae statuuntur, non bonis aut probis, verum sui ipsius negligentibus abiectionibus animis distae, quos, nisi mentem mutaverint, certissime manebunt. Et vobis quoque, CIVES NOSTRI submissum devotumque obsequium, publica ista lex, ut omni huic terrae, imperabat, quam vereri subiectionis-firmaque mente suscipere, vos oportebit. Quae vestra officia, quo exactius exsequi possitis, Senatus noster, paternam in vos vestramque salutem curam nun-quam deponens, litteris ipsam SERENISSIMI DVCS clementissimam voluntatem humillime exploravit, quam sequenti mandato conceptam, accipite:

Von Gottes Gnaden, Christian Ludewig, Herzog zu Mecklenburg.

**I**nsiem gnädigsten Graß zuvor. Ehreneweste, Wohl auch Würdige, Hoch- und Wohlgelehrte, liebe, andächtige und Getreue! Wir erthei-len Euch, auf Eure, unterm 10 dieses übergebene unterthänigste Vorstellung und Bitte, um gnädigste Declaration Unsers Quells-Edicts in Ansehung der, auf hiesiger Academie studirenden Jugend, hiemit zum Bescheide, daß in vorstehenden Quellen, sowol die Schläger, als deren Secundanten, und nicht weniger auch die Zwischenträger, welche sich zum Probociven gebrauchen lassen, oder sonst als Anhe-ber betroffen werden, cum infamia zu relegiren, die andern Schlägereyen aber, die unter dem Nahmen Rencontres verübet werden, und dafür unverfälschter Weise würcklich zu halten sind, mit einer dreijährigen Relegation bestrafet, übrigens auch im Grad der Strafe, grobe Schelt-Worte, den Rencontres, und thätliche Faust-Stoß- und Peitschen-Schläge, den eigentlichen duellis gleich geschäget werden sollen. Und wie Ihr hierunter für Euch selbst zu dispensiren nicht ermächtigt, sondern zur Erhaltung guter Disciplin, allenthalben den Buchstab dieser Declarator-Verordnung zum Augenmerk zu nehmen schuldig seyd, so committiren Wir Euch hiemit in gnädigstem Befehl, daß Ihr den dieselbst Studirenden, den Inhalt dieser Unserer Declarator-Verordnung zu ihrer Warnung und Nachachtung auf geröthliche Art kund machen solltet. An dem geschriebet Unser gnädigsten Willen und Meynung, und Wir verbleiben Euch mit Gnaden gewogen. Datum in Unserer Residenz-Stadt Rostock, den 25 Junii 1751.

Christian Ludewig, S. J. M. mppr.

Videtis ita, CIVES ACADEMIAE, OPTIMI, quanta Sapiencia quantaque clementia publicam securitatem tueatur, quem divina nobis gratia largita est, SE-RENISSIMVS PRINCEPS; videtis quanta vobis incedendum sit sobrietate, ne severam legem transgrediendo ipsi salutem vestram evertatis. Non equi-dem olim, per EPITOMES LL. AC STATVTOIVM, superiori anno Vobis commendatae, numeros VI & VII. licentiose agere vobis datum fuit; verum nunc tandem SERENISSIMI DVCS constans seruaque voluntas multo severiores iis minatur poenas, qui regi se mitioribus legibus, hand erunt passuri. Agite iam, & ne quis vestrum duriora ista experiatur fata, sedulo effcite!

P. P.  
SVB SIGILLO ACADEMIAE,  
Prid. 1d. Octobr. A. R. S. c1751cc11.


















IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diuerforiis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dierum carcere, & commensalis communis insuper unius mensis carentia, luent. Quod si post hanc correctionem incorrigibiles se prodant, consilio abeundi, necessitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obnoxio cogunt, vel per ambages ad conuiuia veteranis parandum, quo aduentur, sed prauis quoque sodalitatibus, qui sumtu nouitii epulati sunt, buntur, iis, qui mensa communis ab isto beneficio excludendis, inebriationes & eandem oriundacacius impediuntur, abhinc pl

VI. Poenae legum tracta a Rectore & Concilio nec mino remittendae, sed ad tenore executioni mandandae erunt.

VII. Nocturnos strepitibus incolarum vel personarum & clamores inconditos vel hibuerunt: ita earum violatsecuritatis nocturnae & transcustodiae militari tradentur Rector Academiae vel de e

qui nouitios vel directelliciunt ad conuiuiumodo pecunia emungunt. Reliqui vero hospidierum carcere coercent, per octo dies insuperuenarum conuiuia, quones & rixae tanto effiita sunt.

us iudicialiter decretae mutandae, nec omninae, sine vlla deprecatione, tumultus & alia, quibuntur, facinora, immoti iam seuerae leges inhibitoribus, quibus curamandata est, deprehensi manebunt, vsque dumissione, vel in carcerem

acade-